

## COMMENTARIA

IN

# HABACUC PROPHETAM.

## ARGUMENTUM.

Habacuc  
Idem est  
quod Iude  
tavor,  
scilicet  
eum  
Deo.

**S.** Hieronymus in *Prologo* : « Habacuc, inquit, vel ex eo quod amabilis Domini est, vocatur *amplectatio*, vel quod in certamen et lucum, et (ut ita dicam) amplexum cum Deo concluditur, *amplexantis*, id est luctans, soritus est nomen (Habacuc enim dederit a *parabolachabac*, vel *habuc*, id est amplexari, compleci, stringere). Nullus enim tam audaci voce ausus est Deum ad disceptationem justitiae provocare, et dicere : Cui in rebus humanis et in mundi iustitia politia tanta rerum versata iniquitas ! Idem in *Prologo Galeto*, qui Bibliis presigit : « Habacuc, ait, luctator fortis et rigidus, stat super custodiā suā, et fīgit gradus super munitionē suā, ut Christum in cruce contempletur, et dicas : Operuit ecclōs gloria ejus, et laudis ejus plena est terra. Splendor ejus ut lux erit, cornuta in manibus ejus : ibi abscondita est fortitudo ejus. »

Chaldeus Paraphrastes tradit Habacuc fuisse filium Sumamitidum defunctum, quem Eliseus vita restituit, IV Reg. v, 36. Verum obstat ratio temporum : nam Eliseus floruit sub Josaphat, Habacuc vero diu post, sub Manasse. Isidorus et Epiphanius in *Vita Habacuc* tradunt eum fuisse oriundum ex tribu Simeon, ex agro Bethuecar, vel, ut Epiphanius nominat, Bezochar. Hebrei in *Seder-Olam* censent Nahum, Joelem et Habacuc prophetasse sub Manasse, cum vero non nominasse ob eis impietatem et seculera. Verum propositio in *Nahum* ostendit prophetasse post excidium Samariae, quod contigit anno 6 Ezechie, et ante obsidionem Hierosolymae factam a Sennacherib, que contigit anno 14 Ezechie. Ergo inter annum 6 et 14 Ezechie prophetavit Nahum : quare sub idem tempus videtur prophetasse Habacuc. Ita Ribera in *Proemio*. Communio tamen sententia est Habacuc ante Sophoniā et Jeremiam, paulo post Nahum prophetasse sub Manasse. Ita Hebrei, Guevara, a Castro, Vatabulus, Clarius, Arias et alii. Videatur ergo Habacuc unus fuisse e Prophetis illis quos Deus misit ad Manassen, ut eum de impietate

tatibus suis arguerent, IV Reg. xxi, vers. 10 (1).

Putant aliqui, ut S. Hieronymus, Remigius, Al-

(1) Fatentur omnes Habacene prophetam ante captivitatem tetram duxisse, sed quo praeceps tempore captivitatem antecepit vaticinia sua edidit. In eō non concidunt. Alii, ut Jahn et Janssen, tempore Manassis, enīs criminis referre videtur (i, 2-4), et cuius atati conveit punitus linguis hebreas qua Habacuc scriptit. Alii et probabilitus, ut Calmetus, J. C. Friedrich, A. C. Ranitz, Mauer, D'Alloli, regnante Joachimo solita esse probare contendunt. Rosenmuller ex diversis hujus propheticis locis evincere conatur Habacucum sub tristissimo Joachimi, Joachini et Sedenie temporibus vitam egisse, et per partes sua oracula protulisse, scilicet primū caput Joachini atati, primeque Chaldeorum in terram Judaeam irruptionis tempori assignat, oī quod in Hebreorum monumentis nullus aut Joachimi tempore hostium Chaldeorum mentio fiat (II Reg. xxv, 1 et seqq.). Quod ut faciamus, inquit Rosenmuller, movet, quod tum, comates quois versibus 12 et 13, cap. i, legimus scriberet, Judea quidem eam qua II Reg. i, 1, memoratur, Chaldeorum invasione experta esse videtur, spē tamen aliae locis religiosus fuit, rempublicanū Iudaicā non penitus eversum iri. Quæ vero cap. ii, de Chaldeorum alienas terras invadendi capitulite, eorūque in devictis populis tyrannis existant quatinus, Iechonim temporis, cum Chalziorum potestio magis invulnissit, eorūque statuta Justitia quoque gravissima vulnera inflixisset, rege proceribusque e patria abductis, atque terra vastata et explidata (II Reg. xxv, 10 et seqq.), magis videatur convenire. Denique, quod cap. in continetur carmen, quo vates Jovam ardentissimum precibus ora, ne populum sibi electum penitus perit sinat, ipso illo tempore, quo urbs Hierosolymitanā a Chaldeis per triennium dura obsidione premeretur (II Reg. xxv, 2 et seqq.), effusus crediderint : ait Rosenmuller. Nos vero non dubitamus cum Maier assicerere, quia secunda quoque et tertia oratio edita sit regnante Joachimo, licet prius diverse rationes. Nam vaticinā Habacuc totum concurrit cuius partes inter se articulissim coherent, ut attentes ea perlegenti constabit. Preterea, si Rosenmuller sententiam securius, iam nullam predicationem Habacūc edidit, sed tantummodo facta cujus testis erat, narraverit; quam consequentia si non abnegat rationabilem interpretationem, ab ea certe abhorre unaninimiter videntur.

In duas velut partes dividi potest Habacuc prophetas,

## ARGUMENTUM IN HABACUC PROPHETAM.

499

berius, Hugo et Lyranus, Habacuc post excidium Hierosolymae, directe et ex professo prophetare excidium Babylonis et Chaldeorum, sicut Nahum, qui eum praecessit, prophetavit excidium Ninivis et Chaldeorum. Verum dico : ex professo Habacūc tollit onus contra Iuda et Ierusalem, eorumque excidium per Chaldeos, consequenter tamē Chaldeorum quoque per Cyrus et Persas interium predicit. Solent enim Prophete tristibus letiā subjugere, et post minas consolari. Ita hic Habacuc, ut soletur Iudeos a Chaldeis vastandos et in Babylonem abducendos, predicti Chaldeos pariter post 70 annos a Cyro perdendos, tumque Iudeos a Babylonē liberandos et in patriam redituros. Ita S. Gregorius Nazianzenus orat. *I Apolog.*, et ibi Elias Cretenis, S. Chrysostomus, lib. II *De Providentia*, Theodoreus, Theophylactus, Guevara. Porro a Cyro liberaliore, ex eplo Isaiae, cap. xiv, 8, assurgit ad Christum redemptorem eique, cap. iii, carmen insigne paingit, quo eius nataliem, vitam, passionem, resurrectionem, secundum adventum ad iudicium, quo impios damnabit, pīs beatib, graphicē depingit et celebrat. Nam liberatio Iudeorum et Babylonē fuit typus liberationis hominum e servitute peccati, diaboli et inferni. Iudea enim, sive terra promissa typus est coelestis patrie, Chaldei demum, Iudei humani generis; Jesus filius Iosēdec, Zorobabel, Esdras et Cyrus Babylonis destructor viñdexque Iudeorum, figuram gesserunt Christi, Régis et Pontificis, Redemptoris nostri. Hinc sequitur hunc Habacuc ante excidium Hie-

menum primo continet duos dialogos Prophetarum inter eum, tum de Iudeis, cap. i, 1-11; tum de Chaldeorum iniuncta impunita, cap. i, 12, 17, 11; secunda inscripta : *Oratio proignorantia continuo mysteria Christi, iudicium extremum, et affectus Prophetarum*, cap. ii.

« Poema, quod hoc libro continetur, propheticum, dramatico scheme vestitum, Prophetas cum Deo mutuum colloquium roget, in quo vates plurim sanguis gentis personam sustinet, eorum cogitationes et querelas Jove judici quasi cum expostulatione proponit. Hinc eam annas concitatius loqui sub initio, rationes divine gubernationis a Jova exigeat, et cur tantum impis permittat conqueri. Stylo oritur pro rerum ac instaurata diversitate vario, gravi tamen, puro, terro, concio, atque argumento, quod tractat, indoli si attemperato, ut verba sensu respondent, et nunc humilissime supplicatione, nunc gravissime denuntiatione, nunc laetus libus, quibus divina in Israelem collata beneficia extollit, exalte congratuant. Quidquid Hebreorum dicendi genus habuerit, whenemus, grande, magnificum, id vatem nostrum assecurat esse nemo negaverit. » Sic Rosenmuller. De ingenuo poetico Habacuc et quo eis stylo sint propria, vide Lowthianum, *Poesi sacra Hebr.*, praelect. xxi; Jahn, *Einführung*, § 119; De Wette, *Lehrbuch der Hist. krit. Einheit*, § 218; Eichornianum, *Einführung in das A. T. part. III*, pag. 294, et Wahl in *Proemio in Habacucum hebraice editum*, etc.

Denique Habacuc Sanctorum catalogo inscriptus legitur die 13 januarii, ubi hec de eo habentur :

« In Judea sanctorum Habacuc et Michael prophetae, quorum corpora sub Theodosio seniore divina revelatione reperta sunt (1). »

(1) Subjungimus breviorē elenchaūdum eorum qui Habacuc explanando peculiariter operari dicunt :

Inter catholicos : Ant. de Guevara, Madrid, 1585, 1593, Ang. Vindelicorum, 1603, Antwerp, 1609; — Ildephonse de Padilla, Madrid, 1657, Sulzbach, 1674, Rom. 1702; — Anton. Agellius, Antwerpia, 1597; — Thuanum Beaumonti carmelitanum, Parisiis, 1578.

Inter heterodoxos interpres, præter Lutherum, Wolfgang Faber, Capito, Argentorati, 1526; — David Chyrranus, Lips, 1592; — Salomon van Till, qui in *Phosphorus propheticus*, Moses et Habacuc vaticinia contulit, Lugd. Batav, 1700; — Matthias Haffenrefferus, et jo. Gottl. Kalinckij, jam supra in *Proemio in Nahum citati*, alter Stutgardie, 1663, alter Uralistavia, 1718, commenaria editi; — Adamus Wildius, Francofurti, 1712; — J. Georg. Abichtius, Vitemberg, 1532; — Christ. Gottl. Perschke, Francof. et Lips, 1777; — Jo. Melch. Faber, Osnoldi, 1779; — Henr. Car. Alex. Henlein, Erlang, 1799 et 1804; — S. F. Günther Vahl, Friedrich et Ranitz sunt citati.

Alius est  
ab Habac  
one Da  
niellis.

## CAPUT PRIMUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Queritur Habacuc de Iudeorum pravitate, quod scilicet nullus apud eos iuri et rationi sit locus, sed impune dominetur opum honoris cupido, ideoque injurias prevalent aduersus justum, et egreditur judicium perversum. Cui respondet Deus, vers. 5, se hanc punitatem puniturum per Chaldeos, canique Iudeos excedio vindicaturum. Quocirca mire Chaldeorum potentiam, celeritatem, industriam, ferociatem et crudelitatem exagerat. His minus territus Habacuc, vers. 12, Deum precatur, ut suum populum quasi filium virga corripiat, non gladio interminat et perdat, eo quod minora sunt peccata Iudeorum sceleribus Chaldeorum; ne, dum leviora illorum expurgat, graviora horum sinat perpetrari (1).*

1. Onus, quod vidit Habacuc propheta. 2. Usquequo, Domine, clamabo, et non exaudies? vociferabor ad vim patiens, et non salvabis? 3. Quare ostendisti mihi iniuritatem et laborem, vide predam et injustitiam contra me? et factum est judicium, et contradicatio potentior. 4. Propter hoc lacerata est lex, et non pervenit usus ad finem judicium: quia impius prevallet aduersus justum, propterea egreditur judicium perversum. 5. Aspice in gentibus et volete: admiramini, et obstupescite: quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credit cum narrabitur. 6. Quia ecce ego suscitabo Chaldeos, gentem amaram et velocem, ambulantem super latitudinem terrae, ut possideat tabernacula non sua. 7. Horribilis, et terribilis est: ex semetipsa judicium, et onus eius egreditur. 8. Leviores pardus equi eius, et velociores lupis vespertinis; et diffundentur equites eius: equites namque eius de longe venient, volabunt quasi aquila festinans ad comedendum. 9. Omnes ad predam venient, facies eorum ventus urens: et congregati quasi arenam, captivitatem. 10. Et ipse de regibus triumphabit, et tyrannus ridiculus eius erunt: ipse super omnem munitionem ridebit, et comportabit aggerem, et capiet eam. 11. Tunc mutabitur spiritus, et pertransibit, et corrue: haec est fortitudo eius dei sui. 12. Numquid non tu a principio, Domine Deus meus, sancte mens, et non moriemur? Domine, in iudicium posuisti eum: si forte, ut corripere, fundasti eum. 13. Mundi sunt oculi tui, ne videoles malum, et respicere ad iniuritatem non poteris: quare respicis super iniqua agentes, et facies devorante impio justiorum se? 14. Et facies homines quasi pisces maris, et quasi reptile non habentes principem. 15. Totum in hamo sublevavit, traxit illud in sagena sua, et congregavit in rete suum, super hoc latabitur et exsultabit. 16. Propterea immolabit sagena sua, et sacrificia: it reti suo: quia in ipsis incrassata est pars eius, et cibus eius electus. 17. Propter hoc ergo expandit sagenam suam, et semper interficer gentes non parcer.

Vers. 1. 1. ONUS, QUOD VIDIT HABACUC — Pro onus Septuaginta vertunt, λύπη, id est assumptio, qua

scilicet Deus gratia prophetica mentem Habacuc corripiens, et a rebus humanis abstractens, rapie-

(1) Dialogus primus incipit a vers. 3 et ad vers. 11 pro-tenditur, continetque sermonem Prophetae querolorum de Iudeis, 1-4, et sententiam Dei iudicis denuntiantis Iudeorum punitionem 5-11; quorum synopsis vide supra.

Iudeo sequitur dialogus secundus complectens querelas Prophetae de Chaldeorum iniuritate impunita: ubi Prophetae, primo, supponit et agnoscit, tanquam certa, primo, gentem Iudeam non esse extinguendam, 12; secunda, Chaldeos in vindicta a Deo electos, 13; tertio, iniuritatem nullius a Deo probari posse, 13.

Secundo, his suppositis, queritur quod, primo, Deus non plectat sceleris Chaldeorum, 13; secundo, utatur his sceleratibus ad plectendos Iudeos minus sceleratos, 13; tertio, perire faciat Iudeos promiscue, ac fere omnes, vers. 14.

Tertio, in Chaldeorum felici potentia considerat et expvit triplex militiam, primo, quod in honum oppressorum plagi exultaret, 15; secundo, quod victorias suis viribus ascribant, 16; tertio, quod serviendo libidine extendant contra omnes, 17.

### COMMENTARIA IN HABACUC PROPHETAM, CAP. I.

201

bat ad res tñvñas et futuras contemplandas, inquit Theodoreetus, quem S. Petrus apud S. Clementem in lib. *Recognit.* sexum sensum appellat: Est, inquit, et alias sextus sensus, id est prenoscendi: isti enim quinque sensus scientia capaces sunt, sextus autem præscientia, quem habuerunt Prophetæ. » Porro omnis est onerosa et minax propheta. Vide dicta *Nabum* 1, 1.

Vers. 2. 2. USQUEQUO, DOMINE. — Aliqui censem Prophetam previdisse excidium Hierosolymæ mox futurum per Chaldeos, pro eoque avertendo ardenter, et crebro orasse; cumque videret se non exaudiri, sed immotam excidi manere sententiam, de eo hic queri apud Deum, non ex impatientia, sed ex dolore et commiseratione suæ genit. Ea Vatablus et Ribera. Imo S. Hieronymus, Renigius, Albertus, Hugo et Lyram censem Prophetam hec dixisse post vastam Jerusalæm, ac queri quod Deus permisit eam ab infidelibus et impio Chaldeis ita vastari.

Melius S. Chrysostomus, Nazianzenus, Theodoreetus, Theophylactus, Guevara et a Castro, quos citavi in Proemio, censem Prophetam conqueri de pravitate morum sibi avi siue populi, quod scilicet, cum Deum sepe precatus esset, ut eam inhiberet ac frenaret, non fuisset exauditus, sed potius sceleris ipsa augeri et multiplicari cernebat. Hoc enim clara verba significant, cum subdit: « Lacerata est lex; quia impius prevallet aduersus justum, propterea egreditur judicium perversum. » Loquitur ergo non de tyranneis et violentiis Chaldeorum qui erant exeges, sed de perversitate Iudeorum, qui legem quam a Deo accepérant, violabant opprimendo justos, eorum que causas et iudicia perverlendo. Unde Septuaginta vertunt: *Contra me factum est iudicium, et iudeus accipit.* Queritur itaque de populo Judaico, quod, eum si sit fidelis et a Deo electus, tamen vi, rapina et sceleribus sit plenus, atque se discriuat, eo quod Deus eum ab his non expugnat et liberat. Quocirca respondet ei Deus vers. 5, se hinc sceleris punitur et expiatur per Chaldeos. Ait ergo: « Usquequo, Domine, clamabo, ut cessare facias has rapinas et sceleris in populo tuo, et non exaudiatis? » hoc est, et non exaudiens me continuo clamantem (1).

(1) De Iudeorum, non de Chaldeorum violenter factis, vers. 2-4; cum omnibus pene Graeci Patribus intellegunt, etiam Sanctius, Christ, a Castro, Horst, Melch. Faber, Ackermann, Hess-Lübergus, legerus quoque et Hitzius, et hec quidem haec potissimum de causa, quod si Chaldei jam fuissent per aliquod tempus presentes at non iudicis, illorum denuntiatio, vers. 6, et descriptio, 6-10, omni carceri sensu et consilio. Optime vero exhortant omnia in ista sententia, scilicet queritur Prophetæ, quod Deus impunita forat civium facta violentia, 2-4; respondet Deus, missurum se esse Chaldeos, qui scilicet civis meritam ponant habeant. Quam interpretationem hanc fici possessa loquuntur Mather, qui in hoc capite Prophetam in perstringendis Chaldeis versus asserti.

Impuls. Inc. p. 201.  
presenti.

quo tempore dare debeam quod postulas, et non misereor modo, quia misericordia ista crudelitas est, et voluntas tua contra te petit. Ita et Deus noster, sciens clementie sue pondera atque mensuras, interdum non exaudit clamantem, ut eum probet, et magis provocet eum ad rogandum, et quasi igne excocum iustorum et puriorum faciat. Hucusque S. Hieronymus.

**Vers. 3.** 3. QUADE OSTEENDISTI MIHI INQUITATUM? — Aliquam ponunt in voce ostendisti, quasi haec connectat sequentia precedentiibus, q. d. Tam iratus es populo tuo, ut non satis habeas preclibus et clamoribus meis non annueris; vis etiam mihi os obstrue, ne clamem; ne forte, que tua bonitas et clemencia est, furem tuum avertas. Nam cum mihi tot tantaque populi sceleris ostendis, et ante oculos proponis, quasi frenum et vincula mihi in labia injicias. Quis enim cum tantam populi inquitatem cernat, atque injurias, quibus nomen tuum sanctum affect, et afflens pergit, audeat se pro eo deprecatorum intonare, aut etiam aspectum tuum subire? Viso igitur populum istum nemine intercedente delere? Ita Martinus de Roa, lib. I Singul. cap. n. Se uero et simplicius, « ostendisti » id est exhibisti, hoc est exhiberi et fieri permisi, q. d. Cur permitti, cur fieri sint tantam inquitatem, que oculis meis ostensa et exhibita, mea cruciat?

**ET LABOREM.** — Labor hic tam passiva accepit postea pro dolore et molestia patientium vim et injurias impiorum; unde Septuaginta vertunt: *Quare mihi ostendisti labores et dolores afflictorum?* hi enim mihi compassionem movent, siue similem dolorem; tum potius actio pro afflictione quam numeros innocentibus inferunt. Unde Chaldeus verit: *Conspic operaentes labores falsitatem, q. d.* Quare video impios affligentes pios? tum enim, o Domine, est de eis pieas sumere. Ita Vatablus et Pagninus, qui pro laborem vertunt, *perversitatem*. Vis enim et injuria, adeoque quodvis peccatum in Scriptura vocatur, *malum*, id est labor, tum quia cum labore incipit et agitur, atque in labore et dolorem desinit. quot enim quantoque labores et dolores subitis avarus, currans per terras et maria ad Indos usque, ut opes congerat? luxuriosus, ut libidinem; gulosus, ut gulam; iracundus, ut iram et vindictam expiecat? sane modicam voluptam magno labore emunt, que deinde in eternos labores et tormenta revertitur; tum quia alii quos vel affligi, vel scandalizat, dolorem et laborem infligit: labor enim agentis et injuriantis, labor quoque est patients et injuriam sustinentis: hec enim sunt connexa et correlative; tum denique, quia Propheticus et viris sanctis pro Deo et justitia zelantibus, ingentem concitat dolorem injuria tam activa injuriantis, quam passiva sustinentis. Unde laborem hunc summa explicans Habacuc, subdit:

**VIDERE PERDAM ET INJUSTITIAM** (hebreia *chamas*, id est vim, violentiam, injuriam oppressionem)

**CONTRA ME,** — id est coram me, ut habent Hebrew et Chaldaeus, q. d. me vidente, gemente et reniente. Sic peccatum vocatur labor vel dolor, *Psalm. vii, 15 :* « Ecce parturit iniquitatem : concepit dolorem, et peperit iniquitatem. » *Psalm. x, 7 :* « Cujus maledictione os plenum est, et amaritudine, et dolo : sub lingua ejus labo et dolor. » *Psalm. lvi, 11 :* « Die ac nocte circumdabit eam super muros ejus iniquitas . et labor in medio ejus, et iniquitas. » *Psalm. cxxxix, 10 :* « Labor laborium ipsum operiet eos, » q. d. Suis fraudibus et dolosis labiis capientur, dol in caput eorum incident. *Eccles. xi, 15 :* « Laborum affligit eos. » *Isaiae lxi, 4 :* « Conceperunt laborem, et pepererunt iniquitatem. » Hoc est quod in die judicii improbi gementes dicent: « Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis, et ambulavimus vias difficiles, viam autem domini ignoravimus. Quid nobis profuit superbia? aut divitiarum jactantia quid contulit in his? » *Sapien. v, 7.* Labor enim magnus impiorum desinit in maiorem, imo eternum dolorem: labor vero piolorum parvus desinit in immensum et eternum gaudium.

**ET FACTUM EST JUDICIUM ET CONTRADICTIO POTENTIAE.** — Hebreia: *Efet ut lis, et contentio exaltatur, vel exaltet se, ut scilicet fati potentior, et aliis prevalence. Pro iudicium enim hebreia est 27 lib. id est litigium, iurgium, hoc est, ut explicans subdit, *contradiccio*; Pagninus, *contentio*, q. d. Perversi, qui litera et iurgia serunt urgentem, potiores sumi justis, simplicius et quietis, eosque in iudicio et iurio supplantant et explant. Unde Chaldeus verit: *Direptores et raptiores coram me sunt, atque contentio et superbia ipsi precedent.* Sic sepe videmus superbos et impudentes contendere et iurgo oblinere, quod iure et ratione assequi nequeunt: quia viri graves et modesti nolunt cum illis rixari, nolunt eorum imputari clamoribus sibi caput obtundiri. Unde ut illi se liberent, dant eis quod postulant. Vatablus verit: *Quare est qui suspecti rizam et contentio? subaudi contra me.**

**4. PROPTER HOC LACERATA EST LEX.** — Septuaginta, *dissipa est lex*; Vatablus, *debilitata est lex*; Chaldeus, *longuebat lex*; Tigurina, *libato lex non veget*, tum quia iniqui sua potentia leges et iura, iudicia et iudices perverunt: ita S. Hieronymus, Theodoretus, Hugo et Lyranus; tum quia pri videntes impios sua impietatis prevalere, in studio legis et pietatis lagunescent, atque in impiorum partem et sortem inclinanti. Ita Clarius, Arias et alii. Sicut Seneca in *Hercule Parente*:

*Jus est in armis, opprimit leges timor.*

**Et Ennius:**

*Tollitur et medio sapientia, vi geritur res.*  
Non ex iuri manu concertum sed maece seruo.  
Rem repletum.

**ET NOSTRUM PERVERSUS USQUE AD FINEM JUDICIUM.** — Ita et Septuaginta, q. d. Propter hanc iniquorum potentiam et perversitatem, iudicium non potest assequi suum finem, qui est, ut iustitia in lite evincat et dominetur, iniquitatem vero et violentiam vincantur et proscribanur, ut iusti defendantur, iniqui puniantur: ut iuste et pacifice vivatur, imperante lege et iustitia. Iudicium enim finis est iustitia, ait S. Ambrosius serm. 16 in *Psalm. cxviii*. Tigurina verit: *Nec habet efficacem executionem iudicium; quia eam suis munieris, suaque vi et potentia impediunt et invertunt potentes et iniqui.* Secundo, alter exponit Clarus, Arias et Vatablus, q. d. Propterea homines impii facerant violentiæ legem, quia putant quod ad eos non perveniat iudicium, id est iuste ultio et vindicta Dei, usque ad finem, id est in eternum; quod scilicet Deus nunquam eos puniat, vel quod nullus sit, sed casu omnia regantur; vel quod non curaret res humanas, vel quod demoni aliqui perversas regendas tradiderit. Tertio, pro ad finem hebreia est *לְנַסְתָּחַ*, quod veri protest, ad victoriam. Unde clare sic veritas: *Et non pervenit iudicium, scilicet iustum, ad victoriam;* quia ab iniquis excludante, putat quod in iustis potestibus, vincitur et obruitur. Primus sensus est genuinus, magnumque novas per inane figuram Fortuna, non arte regi, quæ nūmina sensu Ambiguo, vel nulla putat, vel noscia nostri.

**Sunt qui in fortune jam casibus omnia ponunt, Et nullo credunt mundum recte moveri, Natura solente vices et lucis et anni.**

**Tales sunt et illi apud Juvenalem, satyra III:**

*Sunt qui in fortune jam casibus omnia ponunt, Et nullo credunt mundum recte moveri, Natura solente vices et lucis et anni.*

Cato, inquit Plutarchus in ejus *Vita*, cum Pompeio res infeliciter succederent, et ad Cesarem inclinaret victoria, dicebat: « in rebus divinis multum esse caliginis, quod Pompeio preter ius agenti fuissent omnia prospera, causam reprobile tenui nihil succederet. » Audi Lucanum lib. I *Pharsal.*:

*Nec quidquam jam ferre posset, Casarve priorem Pompeiuse parem : quis justus induit arma Scire nesci, magno se judice quisque tuerit. Victrix causa diis placuit, sed vicla Catoni.*

**Et Claudianus, lib. I in *Ruffin.*:**

*Sed cum res hominum tanta caligine volvi Aspercerem, letosque du florum noxenes, Vexirique pos, rursus labefacta calebat Bellum, causaque viam non sponte sequebat Alterius, vacuo quod semina corruto motu Affirmat, magnumque novas per inane figuram Fortuna, non arte regi, quæ nūmina sensu Ambiguo, vel nulla putat, vel noscia nostri.*

**Subdit deinde, et ex casu Ruffini sapientior facies mentem corrigit :**

*Abstitit hunc tandem Ruffini pesca tunnulum, Abs-lytique deo : jam non ad culmina rerum Injus creuisse queror : tollenter in altum, Ut lapsu graviore ruant.*

**Socrates, rogatus :** « Quid bonis viris molestemus esse? » respondit: « Malorum prosperitas. » Ita in *Melissa Antonius et Maximus*, serm. *De fortuna bona et mala*. Et Publius: « Felix, ait, improbitas optimorum est calamitas. » Quin et fideles sapientes et sancti hac impiorum prosperitate et potentia offensi sunt, ut David *psalm. lxxii, 2 :* « Mei autem pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei. Quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns, » etc. Et Job cap. xxi, 7 et sequent.: « Quare ergo impii vivunt, sublevati sunt, confortatique divitiis? Semen eorum permanet, » etc. Et Jeremias cap. xii, 1: « Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus, qui prævaricantur et iniquo agunt? » etc. Similia sunt *Malach. iii, 13*, et *Exodus. vii, 16*.

**Porro cause ob quas Deus has impiorum in pios injuries et sceleram permitit, preter secretas quas Deus in mente sua servat, manifeste et ab eo revelabit nobis sunt variae. Prima, ut ostendat suam longanimitem, impossibilitatem et celsitudinem, scilicet so his sceleribus non tangi, non pungi, non affligi, non turbari; sed in serenissima gloria longe super jura et injuries mortalium**

*Causa  
Injus  
primit  
stoma  
Dei.  
Prima.*

**Moraliter, de iudicio.**  
Dei, quo pios opprimi, impios prosperari et dominari permittit. Hoc enim multi seruantes, nec penetrare valentes, eo prolapsi sunt, ut dubitarent de Dei providentia, an scilicet esset Numen aliquod universo presidens, an Deus curaret res hominum, an vero circos cardines colli perambulans, eas negligenter, et velut indignas se desidericeret. Ita Ovidius lib. III Amor. eleg. viii:

*Cum rapient mali fatali bonos, ignorante fisco,  
Solicitor nullus esse putare deos.*

eminere. Sicut enim sol, cloacas illuminans, earum sordibus non fodatur: sic nec Deus impiorum, quos alit, sceleribus inquinatur aut tangit. « Sicut lux a nullo illustratur, sed se ipsa ostendit: sic Deus, qui nullis hominum operibus illustrari (ut ne offuscari) potest, divina sua essentia seipsum solus illustrat, » ait Philo lib. I De Moravia. Rursum S. Anselmus, lib. Cur Deus homo: « Deum, ait, impossibile est honorem suum perdere. Aut enim peccator solvit sponte quod debet, aut Deus ab invito accipit. Sicut autem homo peccando rapit quod Dei est, ita Deus pueno auferit quod hominis est. »

**Seconda.** Secunda, ut piis det materialis patientie, constantie et virtutis, cum ois sint per impios vexari, affligi, cruciari. Quocum Seneca lib. De Providentia: « Nihil, ait, infelicitas eo cui nihil accidit adversi: quia male judicaverunt dii de ipso. » Et rursum: « Illos merite dixeris miseros, qui nimis felicitate trespescunt, quos velut in mari lento tranquillitas inertem. » Diidorus philosophus apud Antonium et Maximum serm. De fortuna bona et mala, felicitoris igne esse dicebat infortunia cum dexteritate ferre, quam ingentem prosperitatem regere prudenter. Nam, ut ait Epictetus in Enchirid., « stultus prosperitatis, tanquam chrysatias volupiae nimium fruem, siulator effectur. » Praelarius S. Augustinus lib. IV De Civit. cap. iii.: « Justis, ait, quidquid malorum ab iniquis dominis irrogatur, non est peccatum, sed virtutis examen. Proinde bonus etiam serviat, liber est; malum autem esti regnet, servus est: nee unius hominis, sed, quod gravius est, tot dominorum, quot vitiorum. » Idem, lib. XIII, cap. iv: « Nunc, ait, majore et mirabiliori gratia Salvatoris, in usus justitiae, peccati pena conversa est. Tunc enim dictum est homini: Mori, si peccaveris; nunc dicitur martyri: Mori, ne pecces. » Rursum impii sunt virga et flagellum Dei, quibus quasi pater filiorum suorum peccata castigant et emendant, ut per Alanos, Wandalos et Gothos punivit peccata christianorum: qua de re multa scribit Salvianus octo libris De Providentia. Sic de Semnachari dictur Isaiae x, 5: « Virga furoris mei Assur. » Sic Attila rex Hunorum dicebat se esse flagellum Dei. Sic Nabuchodonosor fuit virga vigilans, vel, ut ali vertunt, vigilans, scilicet Dei, Jerem. i, 11.

**Tertia.** Tertia, quia Dei impios longa et divina patientia ad penitentiam exspectat, id eoque eos castigat remorsu conscientie, que non parva scelerum est pena. Nam, ut ait Pythagoras apud Stobaeum, serm. 24: « Vir malus plus male patitur afflictus conscientie, quam ille qui in corpore castigatur, et flagris ceditur. » Sicut ergo purus virgus ceditur, ut virtus emendet; ita et impius a conscientia flagellatur, ut mentis mutet morosque corrigit. Quod si penitire nolint, tandem eos adeo graviter punit, ut tarditatem supplici gravitate compensem. Recite Zomaras, lib. III:

« Eliamsi, ait, providens tardus invadat injurios, concessu penitentis spatio; tamen nisi a malitia discesserint, lento gradu eos assequitur, et poenas exigit. » Et Virgiliius, I Aeneid.

At spente deos memores fandi, atque nefandi.

Divinus vero Apostolus Rom. ii, 4: « Ignoras, inquit, quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit? » id est adducere conatur: « secundum autem duritiam tuam, et impenitentis cor, thesaurizasti tibi iram in die ira. »

Quarta, ut ostendat omnes hujus mundi opes, pompas, prosperitates velut res parvi momenti esse contempndentes: idea enim cas sepe dat suis hostibus, negat vero suis amici. Vere S. Augustinus in cap. xxvii S. Matth. : « Si haberes, ait, sapientiam Salomonis, si pulchritudinem Absalonis, si fortitudinem Samsonis, si longevitatem Henoch, si divitias Croesi, si felicitatem Octaviani: quid prosum habe, cum tandem caro datur vermis, et anima demonibus, cum dividite sine fine crucianda? » Idem in Psalm. xxxvi: « Fumus, ait, a loco ignis erumpens in altum extollitur, et ipsa elatione in globum magnum intumescit; sed quanto fuerit globus illa grandior, tanto fit vanior: sic impius quo magis exaltatur, tanto citius deficit. » Et Constantinus Manasses Annales, pag. 460: « Prosperitas, ait, est similis gravi plumbi; si hominem robustum non cancellatur qui oneri ferendo par sit, pronum in ferrum precipitat et proterit. » Et Sallustius in Catilina: « Secundus res sapientum animos fatigant. » Et Tacitus lib. I: « Secundus res aerioribus stimulis animum explorant; quia miseris tolerantur, felicitatis corrumperunt. » Hinc Menander: « Miser, ait, est improbus, felix licet. » Et Publius: « Cito improborum leta in perficieantur. » Et Ausonius: « Felix criminibus nulluerit diu. » Psaltes: « Vidi, ait, impium super exitum et elevatum sicut cedrus Libani: e transi, et ecce non erat: quiescui eum, et non est inventus locus ejus, » Psalm. xxxv, 33.

Quinta, ut permittat impios sive libertatis, ostendatque quanta sit vis concupiscentiae ex lapsu Adami contracta, utpote quod homines in tot rapinas, violencias et sceleras, magis injuriante iniurianti nocitura, adgit: utique ex eo mortales agnoscent suam insipientiam, infirmitatem et miseriam, ac Christi redemptoris sapientiam et gratiam requirant et efflagitent.

Praelare S. Athanasius, serm. De Passione Domini: « Sicut, ait, si quis serpentem apprehendat manu, dumque conatur in alterum projicere, prorsus ipse mordetur: aut si quis ignem manu tenens, dum vult hostem ledere, non intelligit quod ipse prorsus exuritur; sic malitia militat adversus eos qui ipsa tuntrunt, magisque ledit eos a quibus habentur, quam eos in quos intendunt. » Idem aedem ignis, et alia fovea et venefici similitudine docet et declarat S. Augustinus in

Psalm. xxxiv. Quin et Seneca: « Illud venenum, inquit, quod serpentes sine summa pernicie continent, in alienum effundunt; at malitia maximam sui veneni partem bibit ipsa. » Peccatum enim est dulce venenum, quod amaram peccatori necesse afferit. Peccatum est acerbissimum vulnus nature. Peccatum est maxima febris, pestis et mors anima. Peccatum est intensissimum hominis hostis, qui eum a Deo segregat, et diribolo in servitulum mancipat. « Omnes (iniquitates) quasi quibusdam compedibus nos premunt, et peccatorum nos retibus ligare contendit, » ait S. Augustinus serm. 175 in Temp. Idem, serm. 139: « Malignum omnium nostrorum causa peccatum est. »

Sexta, ut ostendat presens tempus esse operandi bene vel male merendi, vel demerendi. Sequens vero fore iudicij, premiorum et postiarum, quo omnia perversum hominum iudicis reformabit, corriget et aquitati restituet, juxta illud: « Cum accepero tempus (judicij), ego iusticias iudicabo. » Unde S. Augustinus in Psalm. vii: « Nemo, ait, gratulator homini qui prosperatur in vita sua, cuius peccatis deest alter, et adest laudator. Major hic ira Domini est: irritavit enim Dominum peccator, isti pectora, id est correctionis flagela non patiatur. » Et S. Gregorius lib. V Moral.: « Deus, ait, nonnulla percūit, et nonnulla inulta derelinquit. Quia si nulla resarcet, quicq; Deum res humanas curare credet? et rursus si hec cuncta percureret, extremum iudicium unde restaret? » Dixit vir sapiens tantam esse gloriam quae sanctos et patientes manet, ut mirum sit omnes demones et homines impios, quin et saxa et elementa, contra eos non insurgeant, eosque affligere et excruciare, quo tantam gloriam promereantur; ex adverso tantas esse poenas que impios manent, ut mirum sit eos maximis deliciis non abundare, omniaque eis in mel et rosas non converti, ut aliqua voluptatibus tantum gehennam pondus perseruit. Sicut enim non sunt condigne passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabatur in sanctis; ita non sunt condigne voluptates et pompe hujus seculi ad futurum gehennam, quae revelabatur in impiis et damnatis. Vir ergo prudens potius condolebit presenti eorum felicitati, quam invidiebit.

Vers. 5.

3. ASPIRAT IN GENTES, — id est aspicite gentes, ut verit Chaldeus: Hebrei enim verba contactus, vel adhesio, sive corporalis, sive spiritualis, qualis est aspectus, construunt eum bellum, id est in, regente ablativum, vel accusativum. Hie respondet Deus expostulatione Habacuc, cui sinat impios Iudeos prevalere pii. Respondet enim se non diu id permisurum, sed mox ipsos per Chaldaeos puniriunt, atque hoc estonus quod vidit, quodque prophetas sue velut titulum praefigit Habacuc (i).

(i) Hinc proprie incipit propheta, nam hactenus nihil

querens, quenam haec gentes quas aspici jubet? Primo, S. Hieronymus cum suis, censens hec dicta esse post excisam Jerusalem ad consolacionem Judaeorum, gentes accepit Moabitas, Ammonitas, Egyptios, aliasque quas subegit Nabuchodonosor, q. d. Ne miremini, o Judei, vos exercitos a Chaldeis, quia ab hisdem excise sunt aliae gentes omnes vobis vicine, que robore, numero et gloria vobis longe erant superiores. Secundo et genuine, gentes haec sunt Chaldaei: hi enim suntonus quod Judei sceleratis intentat Deus, q. d. Non queraris, o Habacuc, de Judeorum improbitate, quasi eam impunitam dimittam: illico enim eam puniam. En aspice gentes et agmina Chaldeorum, que adduco ad excindendam impiam Judeam. Ita auctores citati vers. 2. Unde has gentes explicans subdit: « Quia ecce ego suscitabo Chaldeos, gentem amaram, » etc.

Nota: Pro in gentibus hebraice est בְּגָגִים, et ita legerunt Aquila, Symmachus, Theodosius, Chaldeus et Noster, qui omnes verunt, in gentibus. Verum Septuaginta legunt בְּגָגִים, nimirum vice legentes affine בְּגָגִים, nimirum significat contemptores et prevaricatores; vel, ut alii apud S. Hieronymum verunt, carnivores, vel declinantes. Septuaginta sequitur S. Paulus Act. xii, 40, dicens: « Videte ergo ne supervenient vobis quod dictum est in Prophetis; Videte contemptores, et admiramini, et disperdimini. » Querens, ultra lectio est hic genuina et canonica? Respondent Ribera et alii veram lectiōne esse baggoim, id est in gentibus; qui ita legit Noster, Aquila, et alii plerique jam citati; lectiōne tamen Septuaginta, puta bogedim, esto minus sitat literam, tamen cum sensu verborum propheticorum congruere: quia ex antecedentibus et sequentibus liquet hec dicit contemptoriis, puta Judeis, qui iura Deique leges contemnabant. Verum hec responsio non satisfacit, quia ex ea sequitur Septuaginta et S. Paulum seculos esse non veram, sed falsam lectiōnem. Scriptura: nam pro baggoim, que vera est lectio, legerunt bogedim; unde consequens est eorum verisimili non esse genuinam, nec canonicanam; immo esse distortam et corruptam. Nam pro in gentibus, ut habet textus Scriptura, ipsi supponerunt contemptores. Addunt alii alia, sed nodum non extricant, immo magis intricant. Secundo, alii respondent gentes hic idem esse quod contemptores, q. d. « Videte in genibus, » id est videite gentes, puta Judeos, qui instar gentium contemnunt ius et fas. Hie responsio esset commoda, si contemptores esset accusativi causus: jam autem est nominativi, ut patet ex grecō κατεπιποναι. Hic tertio, melius respondeas Scripturam Hebraeum fuisse variam, vel certe ambiguum, idque ex intentione Spiritus Sancti voluntis utramque trans-

acceptit divinitus Habacuc, sed id repetit dolens, aut, ut alii putant, subindignans, quod ipsa experientia noverat.

lationem, scilicet nostram et Septuaginta, significare estabilire, nimurum ut littera **ת** esset ambiguia: si enim caput habeat brevius, est **ת**; si longius, est **ת**. Unde per legi poterat **bogedim**, per **bogedim**, alius et alius punctus. Aut certe Prophetam uiramque lectionem posuisse, nimurum ut in texu pomeritum sine vocalibus (hinc enim olim in texu Hebreo non fuerunt) ad marginem alteram, significans utrolibet modo legi posse. Unde vers. 13, **ו bogedim** est in Hebreo. Sic enim Hebrewi in Scriptura habent sumum **keri** et **ketav**, quo multis in locis textus hebraici aliter scribunt, alter legunt: nimurum scribit in texu lectionem vitam, sed veram et genuinam notant in margine. Idem faciunt subinde scriptores Graeci et Latinis, cum voces sunt similes, unaque tantum vel altera littera differentes, quarum utraque presenti loco congruit, et quilibet suam habet vim et energiam. Tale est illud Ciceronis: « Semper hic ero; » et Satyri: « Iste mendicus, » significans medium esse mendicium. Sic Gen. cap. xlvii, 31, Jacob dicitur adorasse **תְּמִתָּה**, quod Noster legens **תְּמִתָּה matta**, id est lectulum, vertit: « Conversus ad lectulum canit; » Septuaginta vero, et ex iis S. Paulus, *Hebr.* xi, 21, aliis punctis legentes **תְּמִתָּה matte**, id est virgam, vertunt: « Adoravit fastigium virga eius, » scilicet Josephi: utraque ergo lectio et versio est canonica, ut ostendit *Hebr.* xi. Sie *Proverb.* m, 12, Noster legens **תְּמִתָּה keab**, id est sicut pater, vertit: « Quasi pater in filio complacet sibi. » Septuaginta vero, et ex iis S. Paulus *Hebr.* xi, 21, aliis punctis legentes **תְּמִתָּה kieb**, id est offigit, flagelat, vertunt: « Flagellat autem omnem filium quem recipit. » Utraque ergo lectio et versio est canonica.

Dices hisce locis tantum mutari puncta, sed easdem manere consonantes, quas solas Hebrewi astinent: hic vero in **bogedim** et **bogedim**, mutari ipsas consonantes, scilicet **vau** in **dalet**. Respondeo primo, que magna est mutatio, sive vocales, sive consonantes mutes; nam inter **mitta** et **mate** tanta pronuntiationis et significacionis est differentia, quanta est inter **lectum** et **virgam**; inter **kieb** et **keab** tanta, quanta est inter **flasjel** et **sicut pater**; secundo, *Osee* viii, 4, Noster legit **תְּמִתָּה**, id est **ero**; unde vertit: « Ero mors tua, o mors! » Septuaginta vero, et ex iis S. Paulus *I Corinthus*. xv, 35, legunt mutatis, id est transpositis, consonantibus **τίταν αἰεὶ**, id est **ωὐδὲ**, unde vertunt: « Ubi est, mors, victoria tua? » Et tamen utraque lectio et versio est canonica. Sie *Isaiae* viii, 9, Noster legit **וְתַּרְתֵּן**, id est **per res**, id est **congregacionem**; Septuaginta vero legentes **וְתַּרְתֵּן da**, per **dalet**, vertunt, scilicet. Sic *Isaiae* iii, 12: « Mulieres dominatae sunt eis; » pro **וְתַּרְתֵּן nasim**, id est **mulieres**, Septuaginta et Aquila legunt **οὐαὶ νοεῖσιν**, id est **exatores**, temeratores. Sie *Threnos* ii, 7, Noster legit **וְתַּרְתֵּן niets**, id est spreui: « Maledixit sanctificationis sue; » Septuaginta vero legentes **וְתַּרְתֵּן**, vertunt: **Εκεκούσι, οργίζει την ιερατείαν σου**.

qui funditus vos cum Hierosolyma excedunt, et Septuaginta, **quod non credetis si erroreris**, vel si quis emaraverit, scilicet antequam fiat. Nam Porro S. Paulus id ipsum recte adaptavit Iudeis sui avi, christo incredulis ejusque contemptoriis, quia Iudei prisci contemptores Prophetarum, fuerunt typus Iudeorum spernitum Christum; unde et excidium illorum per Chaldeos, praefiguravit excidium horum per Titum et Romanos. Hoc est quod ei intentat Paulus dicens: « Videote ergo ne supervenietis vobis quod dictum est in Prophetis: Vide, contempentes, et admiramini et disperdimini; quia opus ego operor in disbus vestris, opus quod non credetis, si quis emaraverit vobis, q. d. Vide, o Iudei, ne contemnatis Christum et Evangelium, quod ego vobis annuntio. Si enim illud spreveritis, spernet pariter vos Deus, uti spernit vestros. Abjetemini et reprohabit vos, vestrumque regnum, templum et gentes delectit per Romanos, sicut delevit majores vestros per Chaldeos; at que loco vestri subrogabit gentes, easque sibi adoptabit in filios et heredes, ut, vobis expulsi, illae sint eis populus et Ecclesia, quasi veri Israelitae et filii Abraham per fidem.

**ADMIRAMINI, ET OBSTUPSCITE.** — Hebrewae **חֲדֹבָה חֲדֹבָה**, **וְתַּאֲתִים תְּמִתָּה**, id est, ut Pagninus, **admiramini, admiramini**, hoc est validem admiramini et obstupscite; genitivo enim ejusdem verbi apud Hebrewos significat actions vehementiam, et gradum quasi superlativum. Septuaginta et ex iis S. Pauli vertunt: « Admiramini et disperdimini, » quia pro **לְפָנֶיךָ** legunt **לְפָנֶיךָ**, scilicet pro **חֲדֹבָה חֲדֹבָה** **וְתַּאֲתִים תְּמִתָּה**, vel **תְּמִתָּה**, id est delenimi, disperdimi. **תְּמִתָּה** enim est futurum **אֵל** a radice **תְּמִתָּה macha** id est delevit, disperdidit. Vides hic rursum duplum lectionem et versionem, plane diversam; nimurum **tematu**, id est **admiramini**; et **tematu**, id est **disperdimi**, utramque canonicanam. Jam **disperdiman**, id est disperdimi et delibemini, tum vos a Chaldeis, tum posteri vestri a Tito et Romanis.

**GENTES AMARAN.** — id est trucem et ferocem, que suis armis perambulat et circumvit, sibique subigit latitudinem totius terrae, puta omnium regnum in circuitu sibi adjacentium, ut eas non tantum spoliem, sed et stabiliter possideant, « quasi **tabernacula**, » olim **non sua**, jam vero sua, utpote bello capta. Vnde dixit Poeta:

Improbos aversus improbos armat improbas.

**7. TERRIBILIS.** — Septuaginta, **illistris**; utrumque enim significat hebreum **וְתַּרְתֵּן nora**. Nam si a radice **תְּרִתְנָה raa**, id est **vidit**, deducas, idem est **quod visitabis**, conspicua, illustris; sin a radice **תְּרִתְנָה iare**, id est **tinat**, derives, idem est **quod territorialis**, ut verbit Tigurina.

**EX SEMETIPSA JUDICIAM, ET ONUS EIUS EGREDIETUR.** — Pro nos hebrei est **וְתַּרְתֵּן set**, quod primo, Symmachus verit **στέψα**, id est deceritum; Chaldeus, **sententiam definitum**; secundo, Vatablus, **excellentiam et magnificientiam**, q. d. Gloria et magnitudo imperii, quam consequetur, ab ipsa egreditur, non ab externo; hoc est, orbis imperium obtinet gem Chaldea propria virtute, non alieni opibus et viribus; tertio, Noster cum Septuaginta melius verit, **ονός**, vel **pondus**; hoc enim proprie significat **set**, vel **וְתַּרְתֵּן massa**, a radice **תְּרִתְנָה nasa**, id est tulit, portavit. Jam S. Hieronymus, Remigius et Lyranus hoc onus passive accipiunt, q. d. Chaldei parant sibi judicium eorum, puta Dei vindictam et excidium, quod ipsi portabant. Nam sciat alios onerant suis cladiibus,

**QUOD NEMO CREDIT, CUM NARRABITUR.** — Hebreus

tributis, durisque oneribus; ita pariter iisdem onerabuntur a Cyro, qui Babylonem subjugabit. Melius Theodorelus, Theophylactus et Hugo hoc onus active accipiunt, quod sollicet Chaldei alii gentibus a se victis imponunt. Agitur enim his de eorum robore, imperio et vitorii, unde Symmachus verit: *Ipsa sibi judicabit, et dereretur suum exsequetur, q. d. Chaldei jus omnes ponunt in armis; non ratione, non legibus sed pro suis dominandi libidine et tyrannie decernunt de aliis gentibus quod volunt, et quod statuerunt illico exsequuntur, illudque omnes prave eis imponunt. Iudicium ergo vocat decreduum Chaldeorum alici gentibus vastandis, spoliandis, occidendis; *onus* vero, hujus certe exsecutionem. Unde S. Hieronymus sicut quoque exponit, q. d. Chaldaei *judicium*, id est *judices*; et *onus*, id est *oneras*, puto exactores aliis gentibus imponunt ex suo cretu, qui eas suis actionibus et tributis onerent et explicant. Sensus ergo est, « *judicium*, » quo sollicet Chaldeae gentes alias damnat, punit et excludit, aliis vero miseretur et parcat; et « *onus* » sive *jugum*, quo gentes vexat, « ex semel ipsa egredietur, » id est ex sola eis voluntate, non ratione, sed mera libidine orietur. Sic dicunt Judei rebellies *Jerem.* cap. XLV, 27: « *Faciemus omne verbum quod egredietur de ore nostro*, » id est faciemus quidquid nobis libuerit, non tibi, non Deo. Similis phrasis est *Matth.* IV, 4; *Deuter.* VIII, 3, et alii. Hinc *quarto*, *sept. verti polet, exectio, vel tributum*, q. d. Gens Chaldea ex seipsa snoque populo constitutus judices et exactores, non ex aliis populis, qui gentibus a subiectis presint, ab eis que tributa exigant; sicut Romani passim per provincias constituebant praesides, praetores, proconsules et procuratores ex sua gente, puta Romanos et Italos; suis enim magis fidebant quam exteris.*

Vers. 8.

*8. LEVIORES PARDIS EQUI EJUS.* — *Pardus animal est sevum et macilesum, cuius femina pardalis et panthera nuncupatur, de quo Plinius lib. X, LXXXII, scribit: « Insidunt in eadem Africa pardi condensa arbore, occultatique ejus rannis in præterea desiliunt, atque e volucrum sede gravans. » Ita pardos in Brasilis ex arboribus desilire in milites Lusitanos prætereunt, eosque dispergere, narrarunt mihi Rome Patres nostri, qui in Brasilia multo tempore vixerunt. Hinc a Claudio pardi vocantur *fulminei*; quia instar fulminis ex alto in subiecta irruunt. Ita Alexander Macedo, qui bellum fuit fulmen (quem proinde Apelles pinxit manu tenentem fulgor perstringens orbem; quia celerrime et potentissime omnipervasi et subjugavit), *Daniel.* cap. VII, 6, comparat pardo, ut ibidem fusius explicui. Cui politice et moraliter nota: in preliis rebusque quibuslibet conficiendis, multum facit celertas, ut quod maturus consultaverit, velociter exsequatur. Unde Alexander, rogatus qua ratione orbis imp-*

perium obtinuissest, respondit: « *Nihil cunctando, » id est celerritate, qua velut fulgor omnia perstrinxit et presummedit. Sicut Julius Caesar, cum Pharmacem primo congressu vleisset, inquit Plutarchus in *Apoglypt.*, amicis scriptis: « *Veni, vidi, vici.* » Quod Carolus V imperator pars de Germanis hereticis velocissima victoria, plentus sic usurpavit: « *Veni, vidi, vicit Deus, » summan re gesta celerrimat indicans.**

*VELOCIORES LUPUS VESPERTINIS.* — Pro *velocioribus* hebraic est *תְּלִבָּה chadah*, id est *acutiores* (unde Arabicus *Antiochenus* verit, *surd acutus quem musca mellis*; sed parerga: nec enim de surdis et mucois, sed pardis et lupis hic agitur) tum dentibus, et appetitu, ad predam descendandam et dilacerandam; unde *Tigurina* verit, *avidiiores*; tum pedibus et cursu. Unde Noster cum Septuaginta optime verit, « *velociores*. » Est metaphora ab acutis gladiis, qui leviter et velociter transire solent per rem quam secant, velut *Vulnibus*, aut polius a sagittis acutis, que celerriter impetuunt et transvolant.

Quæres, quinam sint lupi vespertini? Multi, cum *Lupi vespertini* putam esse certam luporum speciem, que sub vesperam magis sit famelica, ideoque tunc magis prædicta et seviat. Guevara censem esse hyenas. Duplex, inquit, est luporum genus: alterum quod vulgo lupus, alterum quod hyena vocatur: illud sub aurorum, utipote digestione jam peracta, famere incipiens; hoc noctu rapinas exercet, eo quod oculis habeat hebetes et cœcuentes, ideoque melius noctu quam diu cernet:

*Osippe dies illi nox est, atroxque tenebras  
Consequitur passim, luce pertece coruscum,*

ait Oppianus lib. III *De Venatione*. Hyena enim *An* *sunt crudelior est, voracior et astutior* (unde et in *lys* *mille* colores transit, si credimus Plinius lib. XI, cap. XXXVII) *lupo*, canumque implacabilis hostis. Vomitum quoque humanos mentitur, ut canes alli-*ciant*; falsisque singulis sollicitantes devorat. Molitur homini etiam insidias, sequiturque statu-*bus* pastorum, et auditu assiduo adscitum eorum vocamen, quod exprimere possit imitatione vocis humanae, ut in hominem astu accutum nocte se-*viat*. Adeo enim carnis hominis est avida, ut vel sepulcra effodiatis, eripiatis cadavera. Ita Plinius lib. VI, cap. XXX, Solinus *Polyhist.* cap. XI, et alii. Sepuginta et Arabicus Alexandrinus pro *בָּשָׁרֶב*, id est *vespera*, alii punctis legentes *בָּשָׁרֶב*, *vertum*, *lupos Arabes*, id est lupos predones et latrones. Arabes enim latrociniis crant infames: inde Arabs sumitur pro predone, sicut Chananeus pro mercatore, Beootus pro liebello, Chaldeus pro ariolo, ait Delrio. Nam, ut ait Aristoteles lib. *Hist. Animal.* cap. XXXI: « *Hyæna, at, colore lupi prope est, sed hirsutior et juba per totum dorsum predicta est.* » Quocirca Arabes hyenam vocant *alsabu*, quod idem est cum Hebreo *אַלְסָבֵב*, id est lupus; *al* enim est articulus, quem Arabes passim nominibus preponunt. Multa namque lupi et hyenes communis, scilicet *primo*, *magnitudo*; *secundo*, *color*; *tertio*, *voracitas*; *quarto*, *insidiae*, quas alii animalibus moluntur, ille gregibus ovium et caprarum, haec canibus et homini quandoque;

vero nequeam. Sic et Elianus, et Solinus *Polyhist.* cap. XI, scribunt hyenas habere vim soporificam, que canes et homines torpidos, stupidos et elingues faciant, itaque eos capere et suffocare. Idem habent Herodotus lib. IV, et Plinius lib. VI, cap. XXX. Hinc Celsus, lib. XXIX, cap. VI, scribit hyena pellem non tangi fulmine, qui et Hornus Apollo in *Hierogl.*: Si quis, inquit, hyena pellem sibi circunponat, intrepide per medios hostes transibit illies (malum hoc credere, quam experiri. Certe Poloni equites, ut hostes percellant, luporum evixias induunt et ostentant). Proinde *Egyptii hieroglyphicum* intrepidatatis et constancie in calamitatibus, erat hyena pellis. Eamdem valere contra latratus et morsus canum, etiam rabidorum, tradunt Plinius et Oppianus. Et tam hyenae cor maximum est, ut et reliqui timidis, puta muribus, lepori, asino, cervo, panthere, mustela, ait Aristoteles et Plinius lib. XI, cap. XXXVII. Hyena alternis annis mutare sexum, esseque marem et feminam, tradunt Oppianus, Plinius lib. VIII, cap. XXX, Hornus et alii; sed id commentarium esse censem Aristoteles lib. VI *Histor. Animal.* cap. XXXII. Porro Habacae reele equos Chaldeorum comparat hyenas: quia hyenae jubas habent ut equi, sed seta durior longioreque, et per totum dorsum porrecta.

Hinc sententia unum obstat, quod sollicet hyena non sint lupi, sed species animalis a lupis diversa. Respondet Guevara hyenas quoque luporum nomine censeri. Probal ex Oppiano, lib. III *De Venatione*, cuius versus spreco ita latine redidit Joannes Bodinus :

*Nemo duo, Diva, refer genera extiosa luporum,  
Serratis armata ferentes dentibus arma:  
Nempe ovium macilatores (*lupos communes*) cœcas quoque  
hyenas.*

Verum, ut recte advertit Ribera, *et luporum non* est in Greco. Oppianus ergo tantum vult dicere in *Ethiopia* extrema duo esse genera ferarum que serratos habent dentes, scilicet lupum et hyenam. Dicis tamen posset pro Guevara, hyenas, est proprio non sint lupi, ad eos tamen referri. Unde Gesnerus in *Lupo*, inter feras lupu congenere numeros hyenas, lynxes (qui et lupi canarii vocantur), panthers, lycaones, et thoes, qui ex hyena et lupo generantur. Est enim hyena lupu similis, alii Philopomus, et ex eo Niphus. Et Aristoteles lib. *Hist. Animal.* cap. XXXI: « *Hyæna, at, colore lupi prope est, sed hirsutior et juba per totum dorsum predicta est.* » Quocirca Arabes hyenam vocant *alsabu*, quod idem est cum Hebreo *אַלְסָבֵב*, id est lupus; *al* enim est articulus, quem Arabes passim nominibus preponunt. Multa namque lupi et hyenes communis, scilicet *primo*, *magnitudo*; *secundo*, *color*; *tertio*, *voracitas*; *quarto*, *insidiae*, quas alii animalibus moluntur, ille gregibus ovium et caprarum, haec canibus et homini quandoque;

quinto, dentes nitrisque serrati, genitalia utrisque similia; *sesto*, utrique noctu vagantur cibi causa, lupus urgente fame, hyena necessario fere, quia acrius noctu videt, interdiu hallucinatur, uti fæles. Hac omni ex Älianio, Plinio, Aristotle, Oppiano et Solino tradit. Gesnerus in *Lupo* et in *Hyena*: ex quibus probabiliter censem lupos vespertinos esse hyenas.

*Secondo*, alii passim hic lupos proprie dicti accipiunt, itisque censem comparari Chaldeos accipiunt. Lupi enim generosi, feroce et insidiosi sunt, ait Aristoteles. Unde Isidorus lib. XII *Origin.* cap. II, censem *lupos vocari quasi leopos*, eo quod, quasi leonibus, in pedibus illis sit virtus; nam quidquid pedibus presserint, enecant. Insuper lupi voracissimi sunt, et pene insatiables: vorant potius, quam comedunt: pilos et ossa glutunt, eaque integra rursus alvo reddunt. Jam *τός vespertinus* est epithetum commune luporum: hi enim vespere et noctu grassantur. Unde Virgilius *Georg. I*:

*Per noctem resonare lupis vernalibus urbes.*

Hinc et lupus grecie diciatur *λύκος*, id est *lucens*. Nam oculi ejus, aquæ ac capre, splendens, et lucem noctu jactulant, ita Plinius lib. XI, cap. XXXVII. Lupi ergo cognominantur vespertini, quia per diem ob metum venatorum, in antris quiescenti jejuni; unde vespero noctuque fame rabidi ad predam egreduntur, et obvia quæque laceant vorantur. Ita S. Hieronymus. Alii insuper edactores, noctu consumpta preda vespertina, mane rursum ad predam egreduntur, dicique possunt lupi matutini. Porro quanta sit luporum noctu ferocitas, graphicè describit Virgilius lib. IX *Aeneid.*:

*Ac veluti pleio lupus insidiosus ovili,  
Cum fronti ad caulis, ventos perpresso et inbres,  
Noctu super media, tali sub matibus agit  
Balutum exercunt: illæ asper et improbus ira  
Savil in absentes: collecta fatigat cõendi  
Ex longo rabes et stictæ sanguine faves.*

Vespere ergo lupus acutissimus est, audacissimus et sevissimus, utipote qui non tantum famem, sed et crudelitatem suam exaltare velit. Unde noctu multa millaria conicit, ac ubi ad ovile aliquam predam pervenit, omnia loca circumvit, omnes aditus tentat, undique procurrit, omnia circumspicit, ut irrumpat et preda potiatur. Hinc Jeremias cap. V, 6, lupum vespertinum, vocat lupum ad vesperam, scilicet saevientem et grassantem: et Oppianus lib. I *De Venat.*, lupum vocat *vespertinus*, id est *noctu ambulonem*.

Hic omnis allegoria facile est adaptare dia-*bolo*, et tropologię gulle et improbatum: utriusque enim symbolum, imago et exemplum est lupus vespertinus. Nam et diabolus nocturnus est, et in tenebris perambulat. *Psalm. xc, 5 et 6.* Unde in *Completorio* monet Ecclesia, canitque illud

*Vesper-  
vesper-  
vator  
quiris  
lupus,  
cur?*

*Lupus  
vesper-  
tinus est  
diabolus,  
et gula.*